



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

81. An homicida sit compellendus restituere, licet ex restitutione  
constituatur in gravi necessitate? Et quid si homicida constituarur un  
extrema necessitate? Et quid est faciendum, si hæredes ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76432](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76432)

# De Homicidio, &c. Ref. LXXX. &c. 129

## RESOL. LXXX.

An homicida ex iustitia teneatur pro anima defunctorum offerre Missas, preces, &c? Ex part. 5. tr. 4. Ref. 6.

§. I. Afirmatiū responder Scotus in 4. disp. 1. q. 3. Gabriel ibidem. q. 15. art. 1. in fine Iul. Clar. in præc. crimin. lib. 5. §. Homicidium sive teneat etiam Rolandus à Valle lib. 2. concil. 29. Aragon in 2. 2. q. 62. art. 2. Fernandez in Exam. part. 1. cap. 14. §. 1. num. 19. Adrianus in 4. de ref. quest. viii. Molina tom. 4. tract. 3. disp. 8. 4. n. 11. Rebelloius pari. lib. 3. q. 14. n. 6. & alij: vbi docent satisfactionem iniuriae personalis fieri posse per iusfragia pro occiso, & ad hoc homicidiam non solùm teneri ex charitate, sed ex iustitia.

2. Sed contrā est, quia nemo tenetur dammum relatare ex bonis diuerteri generis ac ordinis, si in eodem non possit, quia idolum bona eiusdem generis ac ordinis inter se commensurari possunt, secundum proportionem dati & accepti; ferme enim eit de restituione, sine compensatione damni per iustitiam commutatiuam. Et hæc docet Bécanus de iust. & iure in 2. 2. D. Th. q. 13. de ref. concil. 2. Strouersdorff de iust. & iure in 2. 2. D. Th. q. 78. disp. 2. n. 29. concil. 2. Azorius p. 3. lib. 3. c. 3. q. 12. Filiuccius tom. 2. tr. 32. c. 8. n. 20. Layman in Theol. moral. lib. 3. sect. 5. tr. 1. art. 3. & 6. n. 1. qui bene addit in foro interno decere Confessarium pro satisfactione sacramentali imponere homicidia preces, sacrificia, &c. animæ occisi applicanda.

## RESOL. LXXXI.

An homida sit compellendus restituere, licet ex restituitione constituantur in graui necessitate?

Et quid, si homicida constituitur in exrema necessitate?

Et quid est faciendum, si heredes occisi essent etiam in graui necessitate? Ex part. 5. tr. 4. Ref. 62.

§. I. Afirmatiū responder Martinus Ledesma in 2. part. 4. qu. 18. dub. 2. art. 1. vbi docet in talis casu homicidiam compellendum esse ad restituitionem, modò non constituantur in extrema necessitate.

2. Sed ego contrarium teneo cum Soto de iust. lib. 4. q. 6. art. 3. in solvit. ad 3. Cordub. lib. 1. q. 3. 1. art. 3. & Sanchez in opusc. tom. 1. lib. 1. c. 4. dub. 7. n. 2. quia non tenetur cum tanto dispendo restituere quod limitatur, nisi heredes occisi essent etiam in graui necessitate.

## RESOL. LXXXII.

An heredes homicide excusatentur à restituitione, si ille capite damnatus est? Ex part. 5. tr. 4. Ref. 60.

§. I. Negatiū responder Sanchez in opusc. tom. 1. lib. 1. c. 4. dub. 2. n. 2. Mercatus de contriv. lib. 6. c. 6. Gordonus tom. 1. lib. 5. q. 4. c. 4. n. 17. Malderus. de iust. & iure in 2. 2. D. Thom. tr. 3. cap. 3. dub. 5. Azorius, tom. 3. lib. 5. c. 3. q. 6. Petrus Navarrus de ref. lib. 4. c. 1. n. 91. Coutar. lib. 2. var. cap. 10. num. 7. Gomez tom. 3. c. 3. n. 3. quia peccata infligitur à iudice non vt dammum parti laicæ compensetur, sed vt iniuria Reipublicæ & legibus illata vindicetur, alii que terror incutientur. Et si hæc opinio esset vera, hoc omnis ad fiscum etiam transferri, quamvis Iul. Clar. in præc. lib. 5. §. Homicidium n. 23. queratur hoc male in præxi seruari.

2. Verum ego puto cum Lessio lib. 2. cap. 9. dub. 22.

num. 139. affirmatiū sententiam probabilem esse, quam videtur docere Scotus in 4. disp. 15. quest. 3. art. 2. Idem docet Gabriel ibidem. qn. 15. art. 2. Rosella ver. restitutio 3. Angelus eodem ver. 1 § Homicida. Adrianus quest. vli. de restit. & Dominicus Banzer de iust. & iure in 2. 2. D. Th. q. 62. art. 2. quia capitis sententia compensat omnem iniuriam & damnum homicidij. Et præsertim hac sententia erit amplectenda, vt tenet Beccanu de iust. & iure in 2. 2. D. Th. q. 10. de restit. concil. 2. quando hæres' occisi nihil pro satisfactione dannorum exigat; ita enim ferè habet usus, vt pena talionis ceaseretur acquiescere. Et in hoc casu ego prorsus nullum imponerem onus restituendi. Notandum est tamen hic cum Aragonio in 2. 2. q. 62. art. 2. & Fernandez in Exam. Theolog. moral. part. 1. c. 14. §. 1. n. 16. quid stando in prima opinione, intelligenda est quando bona damnati ad mortem pertinuerunt ad hæredes, non successione hæreditaria, sed libera legatione.

## RESOL. LXXXIII.

Quando ex homicidio casuali incurritur obligatio restitutio?

Et in texu huius Resolutionis adducuntur aliqui casus in exemplum supradicta difficultatis, ex quibus oriuntur ultima difficultas, scilicet, ex quanam culpa, hoc est, ex quanam negligencia non adhibita in prædictis casibus homicidij casuali oritur obligatio restitutio, sicut ex negligencia, & culpa latia, non levissima, vel leni; vel aut in dicto casu restitutio sit minus facienda, quam si homicidium suum ex industria admissum. Ex part. 5. tract. 4. Ref. 46.

§. I. Rem hanc clare breuiter; & doctè, vt semper solet, explicat Lessius de iust. lib. 1. cap. 9. dub. 15. vbi sic ait. Primum quando causa non erit efficax, ita ut ex ea non loeat virplurimum talis effectus sequi sed aliunde; nempe ex eo quod per accidentem coniungitur, & si alieni inflexisti vulnus non lethale, sed mors sequuta est, vel malitia, aut negligencia Medici, vel ex iniuria infirmi, hac occiso celebitur tibi fortuita, unde non eris reus homicidij, nec teneberis ad restituitionem vt homicidias sed solùm vt vulnerans; secus tamen si eo loco non erant Medici, & læsus debitam diligentiam adhibuit, tali enim loco, & tempore vulnus illud censebitur lethale. Secundum si dans operam non solùm rei licita, sed etiam illicita, adhibuisse sufficientem cautionem, ne inde aliquid incommodi sequeretur, tunc enim etiam forte sequuta sit mors alienius, non tibi imputanda est, quia nec in te, nec in causa talis mors est volita. Nec obstat, quod causa fuerit periculosa, ac proinde mors illa videtur volita in causa, quia diligentia antea adhibita absterit omne periculum, & ideo in tali casu nulla adsculpa homicidij, vel obligatio restitutio. Hinc inferunt Clericos, chirurgos, & venatores si casu interficiant homines post adhibitam in venatione & curatione infirmi debitam diligentiam, non teneri aliquid restituere, non enim peccarunt peccato iniustitiae & homicidij, ergo non tenentur ad restituitionem.

2. Idem dicendum est secundum Lessium de occiso mariti, qui iniudit adulterum, vt infra videmus. Et hæc doctrina applicanda est etiam coniutori, qui alterum coniugio incitat ad se inuidendum, & illum postea occidit, cum moderamine tamen inculpare tutela, nam non tenebatur aliquid restituere. Etenim coniugium non est via ad occisionem laicæ, sed potius coniutoris; quicquid in contrarium afferat Navarrus in man. c. 15. n. 7. qui male pro se citat Caietanum; nam ibi Caietanus loquitur de eo, qui dat operam rei

Infra in Ref.  
que hic est  
supra 68.